

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim**

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii  
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae  
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

**Quintilianus, Marcus Fabius**

**Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665**

CCCLXII. Invicem pulsatores patrem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12889**

## S E R M O.

*Contra, ille suo nomine egisse dicet: investigasse, laborasse; illud preterea potens est pro illo; non potuisse dominum illum furti agere. Itaque judex quid pronuntiavit? nimisrum mihi furtum esse factum.*

CCCLXII.

*In vicem pulsatores patrum.*

**QUI PATERM PULSAVERIT, MANUS EI INCIDANTUR.**  
Duo adolescentes æquales juraverunt, ut alter alterius patrem cæderent. ceciderunt. petuntur manus: patres vindicant.

## S E R M O.

Fuisse duos sodales : patribus ex austero indulgentibus, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>  
coisse ad lusum, frequenter una fuisse. Quodam tempore cum al-  
ter ex his serius in convivium venisset, dixisse alterum, Fortasse  
te, ut solet, ille senex retinuit, sed non feret impune : ego illum  
verberabo : hunc deinde respondisse, Et ego tuum c<sup>a</sup>dam. Cum  
alternis verbis jactarentur mina; & uterque metueret, ne inultum  
haberet patrem, jurasse in ultionem magis parentum, quam in-  
juriam.

CCCLXIII.

*Vestiplica pro domina.*

**MALÆ TRACTATIONIS SIT ACTIO.** Quidam pauper formosæ maritus, à peregrino vicino negotiatore, ter de stupro uxoris, adjecto pretio appellatus, vestiplicam dominæ habitu misit. Malæ tractationis reus est.

S E R M O.

*Maritus illo colore defendendus est, ut dicatur fuisse diligens custos pudicitiae uxoris: natura quoque sollicitus & sedulus. Cum esset de stupro uxoris appellatus, admiratum tantam peregrini negotiatoris audaciam: cum deinde etiam repetitus, suspicari aliquid etiam de uxore cœpisse, quantum nunc appareat, suæ naturæ potius vitio, quam culpa uxoris. Cum vero tertio quoque instaret adulter, non*

Rr potuijſe